

Peter Haberkorn Carl Otto Hocheimer

Disputatio Theologica, De Conceptione Christi Salvatoris Nostri De Spiritu S. In Utero B. Virginis Mariae

Gissae Hassorum: Literis Hampelianis, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788375741>

Druck Freier  Zugang



32

Fa-1092(32)

21

2

4

3

5

7

6

7

2

8

9, 13, 7

12

12

23


3

1

1

7

2



L. N. 7.

DISPUTATIO THEOLOGICA,
De

CONCEPTIONE

CHRISTI SALVATO-
RIS NOSTRI DE SPIRITUS.
IN UTERO B. VIRGINIS

MARIÆ;

ad Jof. VII, 14. Mat. II, 23-28. 31-38.

DEO CLEMENTER OPITULANTE,
SUB PRÆSIDIO
VIRI

MAXIME REVERENDI, MAGNIFICI ET AMPLISSIMI,

DN. PETRI HABERKORNII,

SS. Theol. D. Professoris P. Pastoris & Superintendentis

Giffensis gravissimi, fidelissimi: Domini Patroni
& Præceptoris sui in summis.


IN AUDITORIO THEOLOGICO,

Publicè defendere annitetur,

CAROLUS OTTO HOICHEIMERUS

LICHENSIS WETTERAVUS,

Ad diem Augusti



GISSÆ HASSORUM,

Literis HAMPELIANIS, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LXIX.

3.

DISPUTATIO THEOLOGICA

CONCEPTIONE

CHRISTI SALVATA
RISINOSTRI DE SPIRITUS
IN UTERO B. VIRGINIS

M. P. P.
DEO CLAUDIUS

DN. PETRI HABERKORNII

CAROLUS

DE
pienda
nuel &
...
vorum p
notare a
Aut avo
elle Prop
nunc imm
in angust
Rachit
applicet
vem an
verò hoc



DE CONCEPTIONE CHRISTI, de Sp. S. ex Mariâ Virgine.

(I.)



Voniam de conceptione Christi ex Maria Virgine actari sumus; ideo prænotandum est, de eâ, sicut de omnibus aliis articulis fidei in V. T. prædictum fuisse. Nimirum Esa. 7. v. 14. ubi verba ita habent: *Propterea dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiendo pragnans est, & pariet Filium, & vocabit nomen ejus, Immanuel &c.* Ubi contendunt (a) quidem perfidi Judæi, vocabulum **עַלְמָה** notare non virginem præcisè, verùm aut virginem, aut uxorem juvenulam, sicut & Proverb. 30. v. 19. Hoc autem loco notare uxorem ipsius Prophetæ Esaiæ sicut & Esa. 8. v. 3. Ita Raschi, Aut uxorem Achasi ut R. D. Kimchi. (b) Uxorem Esaiæ, h. l. factam esse Prophetissam, dum per Spiritus S. illuminationem, Filium nunc Immanuel vocârît, eò quòd Deus Judæis sit præstò futurus in angustiis tempore Achasi, idq̄ve à tempore nati hujus Filii, Raschi. Eodem modo Immanuel explicat R. D. Kimchi, licet applicet filio Achasi Regis, non quidem Hiskîæ, hunc enim novem annis ante regnum Achasi natum fuisse. Vaticinium, verò hoc factum fuisse sub ipsius regno, & quidem quarto regni

Isa. VII. 14.

31
7
2
3
7
8
26
37
12
12
123
3
14
15
1
17

regni ejus anno. (c) Signum quidam inter eos dicunt esse id, quod juvenula, inepta partui nihilominus pepererit, Raschi. Quidam, quod puer simul ac natus fuerit, statim sciverit dulce ab amaro discernere, R. D. Kimchi. Ex signo quod Achas in puero suo coram visurus sit, cum colligere debere, Regesillos, qui jamdum terram ipsius reliquerint, non reversuros esse amplius ad oppugnandum Hierosolymam, R. D. K. Alii verò in vers. 16. per illud עֲרִי i. e. *noverit*, intelligunt tertium annum seu principium, quo pueri incipiunt fari, & aliquid discernere. Sed R. D. K. hoc repudiat. Quia signum statim à nato puero sit inchoandum. (d) Per *duos testes* cap. 8. v. 1. intelligunt non eos, qui tempore Esaiæ vixerint, verùm *Uriam*, qui prophetarit tempore Jojakim, Jer. 26. v. 20. seq. Per *Zachariam*, Prophetam illum anno secundo Darii, Zach. 8. v. 2. & hos tanquam futuros Prophetas Esaiam h. l. vocasse in testes verborum Dei. Conjugi autem hosce, propterea quod ille mala, hic verò bona prophetarit. Et hujus vaticinium confirmatum fuerit per illum, i. e. per eventum vaticinii Uriæ. Sicut de Sennacheribo dixerit Amos & Esaias. Ille in malum decem tribuum, quas abduxit: hic in bonum Hiskia, qui ab eo liberatus fuerit. Ita R. D. K. & Raschi. (e) per Prophetisiam cap. 8. v. 3. intelligunt *uxorem Esaiæ*. Per *Filium* verò, *Maber Schalal* & c. eundem qui supra dicebatur *Immanuel*, non verò secundum filium ab eo, nec duos filios. Vocari autem ita, quod rapina mox sit ventura super Rezim & Peka, Raschi. R. D. Kimchi autem per hunc filium intelligit *filium Esaiæ*, c. 8. v. 3. Et nunc hoc, nunc illò appellatū iri nomine, scil. vel *Maber Schalal*, vel *Casch Batz*. Illa autem v. 4. intelligenda esse de *filio Esaiæ*, sicut ille supra cap. 7. v. 16. de *filio Achasi*. R. Aben Ezra in cap. 7. v. 14. Per *Immanuelem*, sicut & per *Maber Schalal* c. 8. v. 1. sicut & per *Schear Jascub*, cap. 7. v. 3. intelligit *tres filios Esaiæ*, sicut cap. 8. v. 18. propterea vocentur עֲרִי imò *discipuli*. Non verò intelligi per Immanuelem vel *Hiskiam*, vel *filium Achasi*. Et cujuslibet nomen fuisse signum, & prælagisse aliquid futuri Judæis. R. Gaon in eo ponere signum, quod fuerit *Masculus*. Ipse R. Aben Ezra verò in eo, quod *simulac natus sit*, comedet contra na-

1447272

curam communem. Et *Alma* notare propriè paucitatem seu par-
 vilitatem ratione annorum, sicut & על. Et posse illam esse
 etiam uxorem, sicut Proverb. 30. v. 19. Quoad cætera convenit cum
 reliquis Rabbiniis. Hæc illi.

II. Sed Respondemus Judæis (1.) Radix offendit, *Alma*
 notare virginem occultatam, scil. à consuetudine conjugali, & do-
 mi apud matrem delitescentem, nec in publicum prodeuntem, ut
 2. Macc. 3. v. 19. conf. Schindler, in vocab. על Sicut & על
 notat *adolefcentem*, non tantùm parvum annis, sed etiam exper-
 tem vitæ conjugalis semper denotat. Vid. 1. Sam. 17. v. 56. cap. 20. v.
 22. (2) Vox illa *septies* usurpatur in S. Scripturâ, v. g. hoc loco, &
 Prov. 30. v. 19. porro Gen. 24. v. 43. Exod. 2. v. 8. Cant. 1. 3. cap. 6.
 v. 7. Ps. 68. v. 26. In quibus ipsi Judæi fatentur usurpari pro *virgine*.
 (3) De virgine explicant 70. in h. l. vocantes eam *παρθένον*. Et
 Syrus reddit, Matth. 1. v. 23. *Bethuletha*, quam vocem tantùm de
 virgine usurpari fatetur R. D. K. &c. (4) Quia aliàs signum mi-
 rabile nullum poni posset. Omnia enim illa, quæ Rabbini profec-
 runt, sunt *ridicula*, imò in naturâ *communis*. Ad hæc illi multùm
 inter se discordant. Apertum etiam est, *rem natam per hoc signum*
 poni *hostium horum discessum ex terra Juda*, v. 7. 16. &c. At Judæi
 signum hoc præsens & prognosticon statuantes, non *discessum*,
 sed *non-reversionem hostium* per id signari volunt, contra textum
 apertum. (5.) *Immanuel* ille, cap. 7. v. 14. distingvitur à *filio Esaiæ*
 v. 3. ut & à *filio Prophetissæ* cap. 8. v. 3. (primò) *nomine*. Hic enim
 vocatur *Immanuel* i. e. *Deus nobiscum concipiendus & nasciturus*
ex virgine. Ille aliter (2.) *Filius Esaiæ jamdum natus erat*, cap. 7.
 v. 3. hic verò *nasciturus* c. 7. 14. (3.) *Regno*, *Immanuelis* enim hu-
 jus erat *jamdum latitudo terra Judaica*, atqve sic *jamdum existen-
 tis*, c. 8. v. 8. (4.) *Auxilio*. Ab hoc enim *Immanuele* auxilium sibi
 contra *presentia consilia & molimina hostium Judæis paratum*
 esse, dum dicit Propheta: *Nam nobiscum est Deus* i. e. *Immanuel*,
 c. 8. v. 10. Unde etiam eodem cap. 5. v. 11. 12. 13. seqq. statim an-
 nectitur apertum de *Messia* testimonium &c.

III. Objiunt Judæi (1.) Prov. 30. v. 19. Sed Resp. Num
 via viri in *alma* est statim *conubitus carnalis*? minimè. Quidni

A 2

amor?

amor? ut Lutherus. *Insidia?* ut alii. Ex quibus contrarium sequitur. Et qualis est via seu insidia adultera ad *juvenem*, v. g. *Josephum castum*, v. 20. Tales sunt cogitationes seu insidia viri ad *virginem* v. 19.

IV. Objic. (1) Hoc quod *Achaso* datur, signum esse debuisse, ipsum in presenti confortans de liberatione. At *nativitatem Messiae* contigisse post multa demum secula. Ergo &c. Resp. (1) Ipsi *Judæi* ponunt hoc signum post liberationem jam factam. Ut audivimus. (2) Signum hoc non fuit antecedens seu *præmemorativum*, sicut *Jud. 6. v. 17. seqq. 36.* Sed *consequens seu memorativum*, respectu subjecti, sicut etiam *Exod. 3. v. 12. Jud. 23. v. 23. Esa. 37. v. 30. Luc. 2. v. 12. &c. Conf. in h. l. Lutherum T. 8 Jer. p. 130. n. seq. D. Helvicam, de refutatione except. Judaic. p. 233. seqq.*

V. Apparet ergo ex h. l. (1.) hic agi de *Messia*. Nulli enim alii hac omnia competere possunt. (2.) *Messiam esse verum Deum*, & juxta divinam suam naturam eo tempore *extitisse*, & *Judæis præsto fuisse*. Sicut etiam *Judæis præsto* fuit in deserto, *Exod. 23. 20. seqq. &c.* (3.) Et nihilominus *Messiam*, verum *Deum*, secundum *humanam naturam ex virgine nasci* debuisse, quæ talis mansit, dum eum *concepit & peperit*. Quæ omnia certè nostro *Messiae* exactè conveniunt. Quò haud immeritò referrè potest, quod habetur, *Jerem. 31. v. 22. Dominus novum super terram creabit; Fœmina circumdabit virum.* Ubi quidem *Piscator* explicat, quòd *Judæi* ceu *imbecillis mulier*, tantà futuri sint in reditu suo ex *captivitate Babylonica* *παρρησια*, ac si ipsos *Chaldaeos* sint *invassuri & debellaturi* ex *Esa. 1. v. 4. seqq.* Alii etiam negant, h. l. *intelligi posse Mariam*, quia vocabulum *מרים* notet *totum sexum*. Id quod tamen *falsum esse* patet ex *Gen. 1. v. 27.* Proinde sicut *Esa. 43. v. 19.* per *rem novam* intelligitur illud, quod circa *Messiam* sic *eventurum*. Ita etiam h. l. *novum hoc* meritò intelligitur, quòd *B. virgo Maria concipiet in utero masculum inviolatà virginitate*. Et quòd *Deus est homo*, & vice versâ, est *res nova & inaudita in natura circulo*. Ideo quæ etiam *prædicatio est nova seu insuetâ*. *Modus enim prædicandi*, sequitur modum *essendi*.

VI. De-

VI. Demonstratō nunc, quōd Messias ex virgine fuerit nasciturus, nunc demonstrabimus Messia hujus γενεαλογίαν quōd ille ex Stirpe Davidis sit oriundus, Christus Jesus sc. Salvator noster. Demonstratur autem hoc (I.) ex Matth. i. v. i. seqq. & v. 16. ubi Matthæus dicit, *se librum i. e. catalogum γενέσεως, seu generationis Jesu Christi Filii David* velle recensere. Notum autem est, quōd γενεσις ejusmodi notet generationem, quæ ex γενήσεσιν i. e. naturali generatione oritur. Sicut ipse Matthæus in enumeratione hujus γενέσεως, semper usurpat vocabulum γεννᾶν, quod notat propriè naturalem progenerationem Filii ex Patre. Et tamen v. 17. vocat hæc generationes γενεάς, ex γενήσεσιν illâ resultantibus, & hanc γενέσιν tandem vocat γενήσιν. In Ἰησὺ Χριστῷ, v. 18. Sic & 70. Inter pp. catalogum γενέσεως, intelligunt non nisi de naturali & propriè sic dictâ generatione hominum, ab Adam ô usq; progeneratorum per γενήσιν propriè sic dictâ. Dum dicunt: *Αὐτὴ ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων*, & postea usurpant vocabulū ἐγέννησε, Gen. 5. v. 1. seq. Sic & Ruth. 4. v. 18. seq. γενέσεις Φαριζαῖς, explicant postea per ἐγέννησε. Syrus Interpres itidē habet vocabulum *ܡܢ ܕܥܝܢ ܗܘܢܐ* id est, *liber generationis*, quod vocabulum venit à radice *ܥܢ*, quod significat generationem propriè sic dictam seu naturalem, quæ est Filii à parente suo. Indubium ergo est, Matthæum ejusmodi catalogum generationis recitare velle, quâ ortus Jesu Christi demonstraretur ex Patre David, ita ut ille sit *Filius Davidis* per naturalem generationem. Jam verò in hac generationis serie tandem dicit, quōd Jesus, qui vocatur Christus si: *generatus seu natus ex Maria, uxore Josephi*, vers. 16. Cùm autem catalogum generationis hujus naturalis Davidicæ periret, inde ab Abrahamo usque ad Josephum, virum Mariæ, ex quâ natus est Jesus: manifestum est, Matthæum demonstratâ stirpe seu familiâ Josephi ex Davide per naturalem generationem voluisse simul demonstrare familiam seu generationem Mariæ naturalem, & consequenter etiam Jesu Christi ex Davide, seu Patre propriè sic dicto. Quæ nam autem sit causa, ob quam demonstratâ Josephi γενεαλογία naturali, eò ipsò etiâ γενεαλογία Mariæ demonstrata haberi debeat, de illâ postea

Matth. 1. v. 1.

3
7
8
9
12
123
3
14
15
17



differemus. Voluit enim Matthæus γενεαλογίαν Josephi masculinam texere, tam quia Christus voluit ex Maria nasci sub umbra-culo conjugii, ne scil. à Judæis, quibus generatio ejus naturalis quidem, attamen singularis incognita erat, Maria cum Christo Filio suo ignominia & macula aliquâ afficeretur & convitio aliquo notaretur, quàm quia Maria opus habebat viri assistentiâ fidei in tribulationibus ei obventuris. Ut patet ex Matth. 1. 18. 19. & c. Luc. 1. 27. Unde habebatur communiter pro filio Josephi fabri, Matth. 13. v. 55. Marc. 6. 3. Luc. 3. v. 23. Cui accedit, quod apud Judæos genealogia femine insuetæ fuerint, sicut patet ex S. Scriptura V. T. & ex Rabbiniis dicentibus: **יְהוָה בְּיָמֵינוּ קוֹרֵי מִשְׁפָּחָהּ** i. e. Familia matris non vocatur familia. Unde & Damascen. lib. 4. de Orth. fid. c. 15 p. 327. ait: Decet scire, non fuisse morem Hebræis, neque divinæ Scripturæ, γενεαλογίας texere mulierum, seu ut ipse loquitur, γενεαλογείσθαι γυναίκας.

VII. Probatum idem (II.), quod scil. Maria equè ac Josephus ex stirpe Davidicâ sit oriunda, quia Josephus ex Galilea de civitate Nazareth in Judæam, & quidem in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem (eò quod esset de domo & familiâ Davidis) ascendisse dicitur, ut describeretur scil. cum possessionibus suis hereditariis, unâ cum Mariâ, desponsatâ sibi uxore, prægnante, Luc. 2. v. 4. 5. Eadem ergò fuit causa & Josephi & Mariæ, cur proficiscerentur Bethlehemum, scil. ut ipsorum possessiones hereditariæ inibi ab eis significarentur & describerentur. Prout Lucas manifestè testatur, dum dicit: ἀπογαψάσθαι τὸν Μαριάμ. Jam vero Josephus propterea hereditatem suam Bethlehemi profiteri, eaque consignari debebat, quia erat ex domo & familiâ Davidis. Ergò ex eadem causâ etiam Maria Bethlehemi opes suas hereditarias significare & ita etiam describi debebat, quia scil. & ipsa ex domo & familiâ Davidis Bethlehemiticâ oriunda erat. Cur enim illa etiam Bethlehemi describi necesse habuisset cum Josepho, nisi & ipsa ex domo & stirpe Davidis prognata fuisset? Unde & verba illa ex domo David, Luc. 1. v. 27. ubi dicitur: Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, ex domo David, & nomen Virginis, Mariæ, ex quo ad Josephum & Mariam referti possunt. Cùm ergò

CON-

constet, Mariam virginem fuisse *Ἰσραηλιτινή*, quæ habuit facultates aliquas hæreditarias; Et verò lex data erat, ut si quis mortuus fuerit, & filium non habuerit, hæreditas ejus ad filiam ipsius transferatur, Num. 27. v. 8. Ita tamen: & omnis filia, quæ possiderit hæreditatem, de tribubus filiorum Israël, uni de familiâ tribus Patris sui nubat, seu sit in uxorem, ut possideant filii Israel singuli hæreditatem Patrum suorum, ne transferatur possessio de tribu ad aliam tribum &c. Num. 36. v. 8. 9. manifestum est, Mariam fuisse necessariò ex familia Davidis, eò quòd vi hujus legis non nisi alicui ex eadem familia Davidis scil. nubere ipsi licuit. Nupta autem fuit Josepho ex Domo Davidis. Unde & ipsam ex Domo Davidis fuisse necesse est. Ipse Dn. D. Helvicus in vindic. locor. de geneal. Christi p. 386. ait: *Verum legis hujus Num. 36. sensum esse, quòd eo in casu interdicitur diversarum tribuum matrimonia, quæ confusione importarent hæreditarium prædiorum, ut exemplum filiarum Zelaphebed liquido ostendit. Aliàs extra hunc casum singularem matrimonia ex diversis tribubus contracta fuisse, manifestum est ex multorum exemplis. Prout illud contra Æglinum ibid. rectè demonstratur p. 380. seqq. Neque enim indiscriminatim sequitur, quòd quia Maria Josepho nupta fuit, illa etiam ejusdem cum eo familia fuerit. Sed in hoc singulari casu manifesta est consequentia, quòd quia Maria possedit Patris sui opes hæreditarias, illa etiam à nullo alio nisi à viro familiae suæ paternæ in uxorem duci potuerit & debuerit.*

VIII. Meritò igitur Isaacus Casaubonus contra Baronium exerc. 1. num. 13. p. 72. notat. *Mosè ibi non in universum de omnibus fæminis loqui, sed de illis duntaxat, quæ in Atheniensium legibus Ἰσραηλιτινῶν dicebantur, & Ἰσραηλιτικῶν opponebantur. Hædotem certam è bonis paternis auferebant, illæ totam hæreditatem in dotem afferiebant. Nam ut ex orationibus Isai & Demosthenis liquet ἐκ τῆν ταῖς Ἰσραηλιτικῶν ἔξω τῆς ἀγγλιστικῆς γαμεῖν, ἀλλὰ προσῆκον ἢ αὐταῖς μετὰ τῶν χρημάτων τῶ ἐγγύτατα γένος σπουδαίειν. Non licebat, inquam, virginibus Ἰσραηλιτικῶν extra cognationem enubere, sed oportebat ipsas unà cum bonis proximo agnato nubere. Neque solum Athenis gentis enuptio vetita, sed etiam in aliis Græcorum civitatibus.*

vitatibus. Diodorus Siculus lib. 12. in Solonis & Charonda legibus ita cautum hanc de re fuisse testatur. Καλεῖται ὁ νόμος τῆς Πικληρῶς ὀπίδικα καὶ ζεῶδα τὸν ἔγγιστον γένους ὡς αὐτῶς δὲ καὶ τῶν Πικληρῶν ὀπίδικα καὶ ζεῶδα τῶν ἀγγιστῶν. Ubi jus idem in viros & mulieres statuitur; ut proximus agnatus cum eâ feminâ, ad quam gentis hereditas est devoluta, iudicio experiri possit, si nuptias ex lege recuset, & vice versâ virgo aut mulier in casu simili. Simillima fuit lex Moysi, de qua in extremo illo capite Numerorum agitur: Quod si intellexisset Baronius, ad omnia conjugia promiscuè illam non extendisset. Satis hoc exprimitur illis ipsis verbis, quæ sunt in Annalibus descripta: sed multò clarius illis, quæ Latinus Interpres omisit Numer. 6. 38. vers. 8. 9. Quæ fuerit causa illius omissionis nescio: Observo tamen in eisdem codicibus cum Latino Interprete usum & Jonathancm Uzzielis F. in suo Thargum. Ex his sequitur, beatam virginem, non solum ejusdem fuisse tribus Juda cum Josepho, sed etiam ex eadem gente & cognatione, nempe Davidicâ. Itaque verè & doctè Epiphanius contra sceleratissimum hereticorum genus Antidicomarianitas scribit, (sc. T. 2. l. 3. hæresi 78. p. 337.) Mariam Josepho esse traditam, καλέσων εἰς τὸ ἄνακασάντων αὐτῶν ἡνείν, quum jura hereditatis, quam possidebat, eò ipsam adegissent. Significat enim, Mariam fuisse virginem Πικληρῶν. Hæc Casaubonus.

(IX.) Probatur III. quia γενεαλογία Christi ex Davide etiam in vulgus nota erat, ut inde passim Christum vocarint *Filium Davidis*, Mariam ergò matrem Christi etiam *filiam Davidis* fuisse oportuit. Patet illud ex Matth. 9. 27. c. 12. 23. Matth. 21. 9. Luc. 18. 38. Joh. 7. v. 28. &c. Sic & Paulus ait; Christum esse natum ex semine David secundum carnem Rom. 1. v. 3. 2. Tim. 2. 8. &c. Et hæc de Christo constanter & sine ullâ contradictione tum temporis asserta fuerunt. Ex quo patet, neminem dubitasse de genealogiâ Christi ex semine Davidis, tabulæ enim publicæ, in omnium Judæorum conspectu, prostantes, id ipsum testabantur, ut nemini contradicere licuerit. Quâ de causâ Christus etiam dicitur *Leo de tribu Juda, & radix Davidis*, Apoc. 5. v. 5.

X. Hactenus de genealogia Christi naturali à Matthæo contexta, Genealogiam autem Christi à Lucâ recitaram, c. 3. v. 23. seqq.

Luc. III, 23 ff.

quod attinet: Notum quidem est, quod Patres quidam statuerint, eum *Sacerdotalem in Christo personam ostendere*, & sic ejus *γενεαλογίαν ex tribu Levi derivare voluisse*, generationis adoptionis *Christi percurrendo*, sicut *Matthæus Regiam in Christo personam insinuare instituerit*, naturales ejus ex *Regibus Judæorum generationes numerando*. Verùm etiam *Christus sit non tantùm Rex verus*, verùm etiam *Sacerdos Summus*: nullus tamen locus sive è *Mose sive è Prophetis adferri potest*. Christum *de tribu Levi oriturum esse*, sicut etiam *nuspam dicitur filius Levi*, sicut tamen *dicitur filius Davidis è tribu Juda*. Ad hæc S. Scriptura Christum non ex *stirpe Aaronis*, verùm ex *tribu Juda* originem suam trahere, quin nec secundùm *ordinem Aaronis*, verùm secundùm *ordinem Melchisedech* eum *Sacerdotem esse*, ut ita *Leviticum Sacerdotium à Christo longè removeat*, eiqve aliud, scil. *Melchisedecianum, sine fine duraturum*, attribuat, *Hebr. 7. v. 2. seqq. ubi etiam v. 14. dicitur: Manifestum est, quòd ex Juda Dominus noster scil. Jesus Christus ortus sit*. Ejus *Sacerdotium autem aded diversum fuit à Levitico*, ut ne unum quidem *Apostolam ex illa tribu sibi acciverit*. Epiphanius in longa disput. contra *Nazaræos*, probat, *Ecclesiam accepisse à capite suo Christo & Regiam & Sacerdotalem dignitatem*. *Regiam*, quia ipse est *è tribu Juda*. *Sacerdotalem autem*, non quia ipse è *tribu Levi* genus traheret, quamvis aliàs de *commistione duarum tribuum mentionem faciat*, sed quia ipse *Summus Pontifex novi Sacerdotii auctor esset*. Insuper cum *Lucas genealogiam suam ad Nathanem usque referat*, non potuit ex *Davide Sacerdotium Aaronicum in Nathanem filium transferre*, utpote quo ipse nunquam functus fuit. *Testator autem ad hæredem jus non transmittit*, quod ipse nunquam habuit. Multò minùs *Nathan ille à Luca memoratus fuit Nathan Propheta ad Davidem à Deo missus*. *Qui fuit in signis Patrum quorundam error*, quem *Augustinus agnovit*, & non semel retractavit. *Quod autem Elisabetha de filiabus Aaron Mariæ dicitur συγγενής*, hoc est, *cognata*, *Luc. 1. v. 5. 36. Quod itidem Patres ad illam movit sententiam*, ex eo nondum sequitur, *Mariam fuisse ex tribu Levi seu de filiabus Aaronis*. Nam *Pater Elisabethæ uxorem sibi jungere potuit è tribu Juda*

B & co-

3
9
7. 2
8
9. 26
12
12
3
14
15
17

& cognatione B. Virginis Mariæ; & tūc Elisabetha Mariæ cognata dicitur, Mariā autem è tribu Levi orta propterea dici non poterit. Quamvis etiam inter Josephi majores unus à Luca nominetur Levi, c. 3. v. 23. Constat tamen nomina Patriarcharum communia fuisse omnium tribuum, ut vel ex Esdræ & Nehemiæ lectione attentâ constare potest. Quare falsum est, personas Luca memoratas ad aliam tribum pertinere quàm Judæ. Constat enim, Judæorum plerosque duo nomina habuisse, ut ita nominum diversitas in descriptionibus duorum Evangelistarum non satis firmum argumentum sit, ut existimemus, ab illis diversas describi tribus. Vid. de his Casaubon. d. l. p. 70. 71.

XI. Cumque Lucas in genealogiâ à se descriptâ usurpet phrasin: *Qui fuit Filius Eli, qui fuit Filius Mathat*, c. 3. v. 23. 24. seqq. Et inde illam filiationem referat usque ad Adamum, qui dicitur Dei scil. Filius, v. 38. scil. non *genitus*, sed *creatus* ad imaginem Dei: constet autem, quod *hæreticis* seu assumptio in filium, filique appellatio ex variis causis contingere potuerit, quin & contingerit, vel (1.) *naturâ*, vel (2.) *ex lege* Moïsi de semine fratri mortuo excitando, vel (3.) *ex adoptione*, vel (4.) *ex arrogatione*, vel (5.) *propter affinitatem*, gener enim socero filius dicebatur, vel (6.) *ex successione* in regnum aut privatam hereditatem, hi enim eorum etiam filii censebantur, quibus successerant. Ideo ex Luca certò constare non potest, *qualem* ille filiationis & genealogiæ suæ causam intenderit, an *naturalem*, an *legalem*, an verò *aliam*? Quamvis certum sit, eum orsum Mariæ & Christi velle ex stirpe Davidis derivare, & ex radice Jesse, v. 31. 32. Sicut etiam cap. 2. v. 4. 5. manifestè indicat, Mariam fuisse nazaram de dorso & familia David. Conf. cap. 1. v. 27. de quo superius plura.

XII. Africanus apud Euseb. l. 1. hist. c. 7. (qui illum cap. 6. vocaverat *Scriptorem haud vulgarem*) statuit, Jacobum, qui dicitur genuisse Josephum, Math. 1. 16. & Heli, qui itidem dicitur fuisse Pater Josephi, Luc. 3. 23. fuisse *uterinos fratres*, illum quidem ex Salomone, hunc verò ex Nathane. & hujus Heli filium *legalem* fuisse Josephum, eò quòd Jacob fratris sui Heli absque prole

prole occumbentis, viduam in matrimonium assumpserit, & ex
 & cum illâ Josephum produxerit. Epiphanius Tom. 2. lib. 3. hæ-
 ref. 78. contra Antidico Marianitas p. 340. dicit. *Mariam ex*
Matre Anna, & ex Patre Joachim natam, & Elisabethe cognata m
fuisse ex domo & familia David. Josephum autem fratrem Klope
fuisse filium Jacobi, qui Panther cognominatus fuerit, ibid. p. 337.
 ubi pluribus Josephi familiam deducit. Damascenus lib. 4. de
 orthod. fid. c. 15. itidem statuit, *Jacobum & Heli fuisse fratres*
uterinos, illum ex tribu Salomonis, hunc verò ex tribu Nathan.
 Defuncto autem *Heli sine liberis, fratrem ejus Jacobum ex tribu Sa-*
lomonis, viduam ejus in uxorem accepisse, & suscitando fratri
suo semen, genuisse Josephum. Ita ut *Josephus naturâ* quidem sit
 filius *Jacobi* ex descensu à Salomone. *Secundum legem verò filius*
Heli ex Nathane. *Heli* verò cognatum, *Bar Pantherem* ex familiâ
 Nathan genuisse *Jojakim, Jojakim cum Annâ autem Mariam, ma-*
trēm Christi. Et hi *Zorobabelem* apud Matthæum, & *Zorobabe-*
lem Lucam diversos fuisse putant, illum ex *Salomone*, hunc ex
Nathane; sicut etiam *Mathan* apud Matthæum, c. 1. v. 15. & *Ma-*
that apud Lucam, c. 3. v. 23. *diversos esse sentiunt, illum ex Salo-*
mone, hunc verò ex Nathane. B. Lutherus statuit, in *Eleazare* ex
 familiâ *Salomonis* apud Matthæum, c. 1. v. 15. defecisse stirpem *Sal-*
omonis, utpote qui *Eleazar sine liberis* obierit. Ac proinde co-
 gnatum ejus *Levi* ex familiâ *Nathanis*, viduam *Eleazaris* in uxore
 rem duxisse, & inde natum fuisse *Mathan & Mathat*, qui unus
 idemque, *naturalis* fuerit filius *Levi*, *legalis* verò *Eleazaris*, hunc
Mathan seu *Mathat* genuisse *Jacobum & Eli* tanquam fratres
 ἑτεροπατρῆς. A *Jacobo* genitum fuisse *Josephum*; Ab *Eli* verò *Mari-*
am, & ex *Mariâ* *Jesum*. Ita ut *Josephus*, ducendo *Mariam*, factus
 sit gener τῷ *Heli*. Et ita *Joseph & Maria* fuerit duorum *fratrum*
liberi ex Nathane naturales. Dn. Chemnitius statuit, *Zorobabelem*
 ex *Salomone* apud Matthæum fuisse alium à *Zorobabele* ex *Nathane*
 apud Lucam, illum genuisse *Jacobum*, hunc verò *Eli* & sic hosce
 duos non fuisse *fratres*, verùm cognatos. *Heli* genuisse *Mariam*, *Mari-*
am verò *Jesum* ex stirpe *Nathanis*. *Jacobum* autem genuisse *Jo-*
sephum, qui ducendo *Mariam* filiam *Eli*, factus sit gener *Eli*. Et sic

filius Eli à Luca vocetur i. e. gener illius. Brugthonus, cum quo ex parte consentit Franciscus Junius, statuit. Jacobum genuisse Josephum, Heli verò Mariam, cujus gener factus sit Joseph. Ita ut ob arxivay Jechonia tanquam ultimi ex stirpe Salomonis, Joseph & Maria ex stirpe Nathanis prognati fuerint. Eglinus itidem statuit. Josephum fuisse filium quidem naturalem Jacobi & Salomone apud Matthæum, filium verò legalem Heli ex Nathane apud Lucam, eò quòd hic sine liberis obierit, Mariam autem ex eadem lineâ Salomonis, utpote Regia, non verò Nathanis, ortam fuisse, idque vi legis Num. 36. v. 6. seqq. Ex mente etiam Aphricani, de quo supra.

XIII. Non ergò asserendum esse putamus, vel quòd Maria ad stirpem & familiam Davidis, per modum insertionis ob conjugium cum aliquo ex stirpe Davidis pertineat; Fuit enim sicut *Jesus filius*, ita & Maria: ejus mater *filia Davidis Naturalis*. Non quòd linea Salomonis in Jechoniâ planè defecerit, ex Jerm. 22. v. 24. seq. Longè aliter enim illud vaticinium se habere, rectè demonstrat Da. D. Helvicus, de geneal. Christi contra Brugthonum & Franciscum Junium p. 371. seqq. Quò etiam modò Lucas dicat, *Josephum fuisse rē Heli*, sive ut generum, sive ut filium legalem; Vicissim quâ de causâ Lucas *Josephum* ascendendo referat ad *Nathanem* filium Davidis, sive ut ostendat, Mariam, nubentem Josepho fuisse ex lineâ Nathanis naturaliter ortam, sive ut ostenso, quòd Josephus, sive ut gener, sive ut filius legalis, ad lineam Nathanis pertineat, ex tabulis eo tempore in publico extantibus, nunc verò amissis, constat, Mariam, nuptam Josepho, ex stirpe Davidicâ simul ortam esse, &c. illud nos in medio relinquimus. Malumus tamen Mariæ genealogiam naturalem ex lineâ Salomonis Regiâ, quàm Nathanis derivare. Illud autem certum est, Mariam necesse habuisse alicui ex familiâ Davidicâ nubere, atque sic & illam ipsam nativitatem & ortum suum ad stirpem Davidis naturaliter referre. Sicut antea pluribus demonstratum fuit. Quò certò manente & supposito, reliqua possunt in suspensio relinqui. Perplacet autem nobis, quòd *Mathan* ap. Matthæum, & *Matthar* ap. Lucam, sit unus idemque, atque sic *Pater naturalis Jacobi* ap.

ap. Matthæum, & Pater simul *naturalis Heli* (qui & ipse ab Epiphanio dicitur *Jojakim*) ap. Lucam, ex quo *Heli* nata est *Maria* & ex hac *Jesus* ex genere & stirpe Salomonis regiâ. Cùm autem *Josephus* simul naturaliter fuerat oriundus ex *Matban Avo*, & *Jacobo Patre*, Fratre t³ *Heli*, ex quo *Maria*, & ex hac *Jesus*; Necessè habuit *Maria* ceu *Thalaga*, utpote sine Fratre, nubere non alteri, nisi ex domo *Davidicâ*, qui erat eo tempore ex uno eodemq; avo communi *Matbane* sc. *Josephus*. Quam sententiam ipse Dn. D. Helvicus d. l. p. 392. 393. concedit tandem. Et D. Osiander eand. in Bibliis suis habet. Quòd autem Epiphanius & Damascenus statuit, *Mariam Josepho traditam fuisse, non in desponsationem, verùm in custodiam illius tanquàm virginis, & in deceptionem Satanae*, illud nos merito S. Scripturæ contrariari statuimus. Matth. i. v. 16. 20. Luc. i. 27. c. 2. 5. &c.

XIV. Interpretes seu nuncios conceptionis Christi dicitur *Angelus Gabriel* Luc. i. 26. Qvi etiam antehac à Deo in negotio incarnationis Filii Dei ablegabatur, v. g. ad *Danielem*, determinans 70. septimanas de Christo nascituro & passuro, Dan. 9. v. 21. seqq. Ut & ad *Zachariam* Sacerdotem, annuncians ei natiuitatem prodromi *Mesiaz*, *Johannis Baptistæ*, Luc. i. 19.

XV. Alloquium, quò hic celestis internuncius *Mariam* affatus est, describitur Luc. i. v. 28. dum dixit: *Ave Maria &c.* Quam Angelicam allocutionem & denunciationem *Papistæ* multis heterodoxis & idololatricis detorsionibus hæcenus interpretati sunt, & Ecclesiæ Christianæ tanquàm *precationem religiosam* frequentissimè, manè vesperi, nocte dieque faciendam, vesano modo obtruserunt. Quam *Papisticam insaniam* & idololatriam refutatam vide, part. 2. AntiFab. in art. 8. de invoc. Sancti. q. 2. num. 3. p. 824. Quò merito provocamus.

XVI. Dum autem eam alloquitur hisce verbis: *Ecce concipies in utero, & paries Filium &c.* Luc. i. v. 31. verba sua ita format, quòd *Maria jamjam* seu *presenti in momento* alloquii à *Maria fido acceptati*, ex communi sententiâ, cui etiam *Christi*, à *Castro* in *Hist. Virg. c. 5.* accedit, sit conceptura *Filium Dei*, *Damasc. l. 3. O. F. c. 2.* idde ita: *Post consensum sanctæ virginis Sp. S.*

superuenit in eam, juxta sermonem Domini, quem dixerat Angelus, purificans eam, &c. Id quod vel exinde constat, quia Maria ad Angelum dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*, Luc. i. v. 34. In presenti loquens, Rationem presentis temporis, in sua interrogatione opponendo jamdum presentis conceptionis annuntiationi, Vicissim ex eo, quod Angelus alloquens Mariam sine dubio usus est verbis Prophetæ, *Elaiz c. 7. v. 14. hōe modō: Ecce tu es virgo illa pragnans, quæ concepit, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Immanuel.* Maria etiam intelligens ex Angeli denunciatione, se virginem illam esse debere, quæ Messiam concipiat, & in lucem editura sit, quærit, quomodo illa *ceu virgo, virum non cognoscens naturali modo*, nihilominus Filium illum, Messiam *Virgo concipere & parere possit.* Ita Ambrosius, Theoph. Ti. u. Bostrensis, Zach. Chrysopolitanus, Salmero, ipse Bellarm. in *Recogn. l. de Monarch. §. At inq. Concidit ergo illud Papistarum argumentum, dum ex hoc loco, Luc. i. v. 35. probare volunt, Mariam virginem emississe votum perpetue continentia*, illudque suis verbis indigitare voluisse. Ut Bellarm. l. 2. de *Monach. c. 22. Vide plura quoad hoc argumentum in lib. 2. Specialis part. 2. conf. Cath. Dn. D. Gerhardi pie memor. art. 7. c. 4. in arg. 5. n. 10. II.*

XVII. Dum autem Maria ad Angelum dixit: *Quomodo fiet istud &c?* Non quæ sicut ita tanquam incredula, sed ut admiranda sicut & Abraham, Gen. 15. v. 2. 8. c. 15. 17. & Johannes Baptista, Matth. 11. v. 3. De quo Ambrosius in Luc. 7. p. 467. ait: *Inquisivit Johannes Baptista non ex dubitatione seu ignorantia, sed magis ex pietate. Ut & Berrhoenses, Act. 17. v. 11. dicuntur quotidiè scrutati scripturas, num illa quæ à Paulo predicabantur, se haberent?* juxta Joh. 5. v. 39. 1. Cor. 2. v. 15. *Scrutinium enim fit vel ex dubitatione, tendens vel infidem, vel in infidelitatem, vel ex fide tendens in ejus incrementum & confirmationem.* Zacharias autem quæsiuit, *ut incredulus, & inde etiam punitus fuit, Luc. i. v. 18. 19. 20.*

XVIII. Persona concipienda & paranda dicitur *Filius scil. primogenitus Mariae*, Matth. i. ult. qui & ipse est Jesus Saviour

tor mundi, Matth. 1. v. 21. Pf. 98. v. 3. Ef. 45. 8. c. 49. v. 6. c. 52. v. 10. c. 56. v. 1. &c. Estque ipse *Filius Altissimi*, & quidem unigenitus. Luc. 1. v. 31. 32. Joh. 1. v. 14. 18. c. 3. v. 16. 1. Joh. 4. 9. *Proprius Dei Filius*, Rom. 8. v. 32. *primogenitus ejus Filius* Hebr. 1. v. 6. Coloss. 1. v. 18. &c. Dicitur *magnus* item, quia est *Magnus ille Deus*, Tit. 2. v. 13. Deut. 7. v. 21. c. 10. 17. Pf. 77. v. 14. Pf. 147. v. 5. Dicitur *possessor sedem Davidis Patris sui*. Si quidem *Davidi* non tantum promissum erat, quod *Messias, Filius ex lumbis ejus oriundus*, sic regnum potentiae, gratiae & gloriae occupaturus & administraturus, tanquam *regnum divinum & supercaeleste*: Verum etiam hoc *Messiae* ex *Davide* nascituri regnum representabatur per regnum illud *terrestre*, quod posteri *Davidis* per multa secula in hoc mundo administrarunt. Quoniam ergo *regnum tale Davidi promissum* erat in *Filio ejus futuro*, *Messia*: Inde merito dicitur *ibronus Davidis patris ejus*. Vide 2. Sam. 7. 12. seqq. 1. Paral. 18. v. 11. seqq. c. 23. v. 9. seqq. Pl. 132. v. 11. Ef. 9. v. 7. Jerem. 33. v. 17. seqq. c. 23. v. 5. Amos 9. v. 11. &c. Dicitur *regnaturus in domo Jacob* Luc. 1. v. 33. quae *domus Jacob* est *Christi Ecclesia*, constans ex *Judaeis & gentibus*, Ef. 444. 5. Jerem. 3. 14. seqq. Mich. 4. v. 2. Rom. 9. 6. c. 11. v. 17. Gal. 6. 16. Quae *Ecclesia* durabit *absolutè in aeternum*, Matth. 16. v. 18. 1. Thes. 4. ult. Matth. 25. 46. &c. *Regni ejus non dicitur futurus finis* Luc. 1. v. 33. quod idem asseritur de *regno Messiae*, Ef. 9. v. 7. Pf. 22. 2. 29. Pf. 72. v. 5. & 17. Pf. 93. 1. Pf. 110. v. 1. Dan. 7. v. 14. Mich. 4. 7. 1. Paral. 23. 10. &c. Quae est *descriptio ipsius regni divini*, Psal. 145. v. 13. Dan. 4. 31. 1. Timoth. 1. v. 17. 2. Pet. 1. v. 11. Apoc. 11. v. 15. &c.

XIX. *Modum*, quod futura sit *conceptio*, *Angelus* Luc. 1. v. 35. hisce exprimit verbis: *Spiritus Sanctus superveniet in te*. Quia *Spiritus S.* non tantum *mundavit* virginem, scilicet semen ab omni *peccabili labe* absterlum eliciendo, verum etiam *divinam deum* $\delta\epsilon\upsilon\lambda\acute{\omega}\ \tau\eta\varsigma\ \tau\acute{\omega}\ \lambda\acute{o}\gamma\omega\ \theta\epsilon\acute{o}\tau\eta\tau\epsilon\varsigma$ i. e. *virtutem divinitatis verbi susceptivam prae* buit, simul autem & $\gamma\epsilon\upsilon\upsilon\tau\iota\kappa\acute{\omega}\ \dot{\iota}\ \epsilon\iota\ \text{generativam}$, loquente *Damasc.* lib. 3. de orth. fid. c. 2. Quemadmodum enim *Spiritus S.* Gen. 1. v. 2. olim *ferebatur super aquas*, scilicet illas *facundando*, & *virtutem* $\omega\lambda\alpha\varsigma\iota\kappa\acute{\omega}\ \text{seu formativam}$ illis *indendo*: ita etiam

Luc. 1, 35.

3
7
2
3
8
31
9
26
37
12
12
13
3
14
15
1
17

etiam Spiritus S. singularissimā suā presentia & virtute in utero B. virginis Mariæ, non tantum eam fecundavit, semen prolificum ex castis ejus sanguinibus eliciendo, verum etiam illud ipsum ab omni adhærente peccato purgavit, ipsiq; Mariæ virtutem præbuit, quā susciperet & conciperet ipsum Dei filium. *Virginis enim Spiritus S. obumbravit, ut virgineo corpori temperaret Deitatis accessum* Bernhard. serm. 3. in pentecost.

alic. 1, 33.

XX. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, dicit porro Angelus, Luc. 1. v. 33. ubi per virtutem Altissimi intelligitur vel ipsa virtus Spiritus S. ut Bernhardus sumit, vel ipse etiam Filius Dei, tanquam virtus & sapientia Dei Patris, 1. Cor. 1. 24. Sicut Demas- cenus d. l. sumit, dicens: *Et tunc* (scil. quando Spiritus S. supervenit dicto modo in eam) *obumbravit ei, Dei Altissimi in suā subsistens hypostasi, sapientia & virtus, Filius Dei, Patri consubstantialis, velut divinum semen. Et construxit sibi ipsi ex castis & purissimis sanguinibus carnem animatam animā rationali & intellectuali, primitias nostræ massæ. Hæc ille Expleta autem fuit figura humane massæ, non æquationis ἀδὰ δρυγγίνως à Spiritu S. non paulatim per additamenta, sed uno contextu absoluta. Ipsum autem Dei verbum carni suppositum & hypostasis est. Non enim carni secundum seipsam antea subsistenti unicus est Deus verbum, sed inhabitans sanctæ Virginis uterum ἀπεργυράτως i. e. in circumscriptè in sua ipsius hypostasi ex castis semper virginis sanguinibus, carnem animatam animā rationali & intellectuā subsistere fecit, primitias assumens humane massæ, ipsum verbum: factum carni hypostasis. Ita ut simul caro, simul sit Dei verbi caro, simul caro animata, rationalis & intellectiva. Quare non hominem (scil. antea existentem) Deificatum dicimus, sed Deum (utpote jam antea existentem) inhumanatum. Nam qui naturā est perfectus Deus, factus est naturā perfectus homo, idem ipse, non secundum naturam mutatus, neque dispensationem carnis per phantasiam monstrans, verum carni ex sanctā virgine sumptæ & rationaliter & intellectualiter animatæ, & in seipso esse assecutæ, unicus est secundum hypostasin ἀσυχῶτως καὶ ἀναδιαιρέτως καὶ ἀδιαίρετως i. e. inconfuse, inalterabiliter & indivisè, non transmutans Deitatis suæ naturam*

in

in carnis substantiam, neque certe carnis suae substantiam in naturam
 Deitatis suae, neque perficiens ex divina suam naturam, & quam assumpsit,
 humanam naturam, unam naturam compositam. Haec omnia Damascenus
 reconditissime d. 1. Est enim haec obumbratio 1. fecundantis,
 2. conservantis & defendentis, 3. assumptis, 4. divina *αὐχμηρὰ*
communicantis, &c.

XXI. Infert inde Angelus hanc conclusionem: Propterea
 & quod nascetur sanctum, (aut sanctus per *αὐτονομοῦσιν*) Filius
 DEI vocabitur, Luc. 1. v. 35. Quo ipso Angelus non vult indi-
 gitare, quod Christus sit & dicatur *Filius Dei* ab initio originis
 sua propter conceptionem ex Spiritu S. prout Ostorodus, Pho-
 tinianus ille in institutionibus p. 48. 49. urget. Nam si haec
 vera & genuina filiationis Christi causa esset, tum Spiritus S.
 erit *Pater Christi*, vi relationis inter Filium & Patrem. Non hoc,
 Ergo nec illud. Nec operatio illa Spiritus S. in formandam hu-
 manam naturam massam, quam *ὁ λόγος* in se assumpsit, fuit genera-
 trix, sed creatrix: Unde Spiritus S. est & dici potest *creator hu-*
manae naturae Christi, non autem eius *Pater generans*, quia ex
 sua Deitate non *generavit* humanam naturam, sed ex purifica-
 tis virginis Mariae sanguinibus eam *creavit & formavit*. vid. Dn.
 D. Feurb. p. mem. in Anti. Ostor. p. 102. 312. Falsa ergo hac
 causa explosa, nos veram ex ipso textu substituiimus scilicet, ideo
sanctum ex Maria natum vocari Filium Dei, vel quia ille sit ipse
Jesus magnus, ille Filius Altissimi, qui in domo Jacobi in aeternum
 sit regnaturus, Luc. 1. v. 31. 32. 33. Quicumque enim talis est, il-
 le merito *vocatur Filius Dei Altissimi*. Vel quia ipse *Filius Dei*
 tanquam virtus & sapientia Dei in unitatem personae suae hanc
 massam & carnem animatam assumat, quod *assumptum* merito
 est & dicitur *Filius Dei Altissimi*, Luc. 1. 35.

XXII. Post consensum igitur sanctae virginis, quem
 hisce verbis contestata fuit: *Ecce ancilla Domini sum. fiat mihi se-*
cundum verbum tuum, Luc. 1. v. 38. Spiritus sanctus statim super-
 venit in eam, secundum sermonem Domini, loquente ita Damasc.
 lib. 3. de orth. fid. c. 2.

C

XXIII.

31
 7
 2
 3
 8
 31
 26
 37
 12
 12
 12
 3
 14
 15
 1
 17

XXIII. Ex hisce ergo sequentia doctrinalia merito observamus.

I. *Conceptionis Christi veritatem* v. 31. 35. consistit autem illa in eo, dum Spiritus S. ex sanguine Mariæ virginis veram formavit humanam naturam. Equidem Spiritus Domini etiam aliis creaturis & hominibus dicitur *vim plasmatricem seu formatricem* indere, ut suam habeant speciem, inq; eâ augmententur, ut Gen. 1. v. 2. Pl. 33. 6. Job. 33. 4. Pl. 104. v. 30. Esa. 64. v. 14. Sed h. l. peculiare Sp. S. plasma & opus describitur, ut & in symbolo Apostolico: *Conceptus à Spiritu S. natus ex Mariâ virgine*. Dum scil. sine viro ejusque maritali seu *conjugio* congressu, Spiritus S. seu *Opifex* & opifex, modo singularissimo, massam aliquam sanguineam, ex sanguinibus virginis Mariæ, anima rationali instructam separavit, sine omni peccati originalis labe, utpote quam in illa ipsa separatione statim absterfit; Illam massam seu foetum conceptum in distinctas humani corporis partes formavit, & fecit, ut aliorum foetuum. instar progressu temporis accretio facta, ille foetus in utero virgineo gestatus & auctus fuerit, usq; dum omnia corporis humani membra elaborata & perfecta fuerunt ad nativitatem usqve. Juxta Damascenum autem & ejus interpretem in lib. 3. de orth. fid. c. 2. possumus concedere, *simultaneam membrorum distinctionem seu effigiationem successivam autem eorum postea accretionem*. Propterea autem illo singulari modo à Spiritu S. conceptus est ex Mariâ virgine non secundum *cursum naturæ*, ne per congressum maritalem talis massa peccato originali pollueretur, juxta Psal. 51. v. 7. Joh. 3. 4. Sed illa immaculata & sancta esset, sicut dicitur Luc. 1. 35. Heb. 7. v. 25. Dan. 9. 24. Et nihilominus veram humanam naturam ut haberet, conceptus est ex vero homine, Mariâ virgine. Unde dicitur passim *Filius Mariæ, Filius hominis, filius & germen Davidis, verus homo, ex stirpe Adami prognatus, sed modo extraordinario & sine peccato*, Luc. 3. ult.

II. *Conceptionis hujus sanctitatem & sublimitatem* v. 35. Dum hæc massa seu foetus humanus ita à Spiritu S. singulariter sepa-

separatus, non tantum statim à Spiritu S. fuit repletus quo ad dona tam finita quam infinita & unctus citra mensuram, ad instar Luc. 1. v. 15. Joh. 3. v. 34. Coloss. 2. 9. Inde statim fuit factus sanctus imò sanctissimus; Verum etiam ipse Filius Dei ab æterno ex substantiâ Patris genitus, secunda persona sanctæ Trinitatis, illam massam seu foetum humanum à primo conceptiones momento in intimum personæ suæ infinitæ & divinæ sinum assumpsit, factus cum eo una persona, communicando ei intimè & arctissimè suam hypostasio, naturam & idiomata divina, constans utraqve naturâ, divinâ & humanâ, Joh. 1. v. 12. 1. Tim. 3. v. ult. *Ἀναστέλλει, ἀπὸ θεοῦ λόγος σὰρξ* Damasc. l. 3. O. F. c. 2. Et ita *verus Immanuel*, Matth. 1. v. 20.

III. *Conceptionis hujus utilitatem.* Scilicet hæc conceptio est felicissimum initium nostræ redemptionis. Conceptus enim est Redemptor noster, & natus postea in hunc mundum in nostram salutem. In specie verò hæc conceptio *admirabilis, munda, sancta & salutaris*, nostram *immundam, peccabilem & damnabilem conceptionem* eò adaptat, ut licet simus prius *damnati*, quam nati, immundi ex *immundo semine* concepti, Job. 14. v. 4. *filii iræ* Eph. 2. 3. nihilominus nati, per baptismum *renascamur & filii Dei* constituamur, Eph. 5. 27. Imò foetus in utero *enecti* per & propter hanc conceptionem Christi *sanctificentur & salventur*, Matth. 18. 14. Es. 9. 6. *Nasci* enim in S. Scriptura sumitur etiam pro *concipi*, Job. 3. v. 3.

XXIV. *Ulus practicus esto.*

I. In *refutationem* hæreticorum, v. g. Marcionitarum, Marcionæorum, Apollinaristarum, Escharodocetarum &c. Vid. 1. Joh. 4. 3.

II. In *admonitionem nostram*, ut semper piè ponderemus stupendam Filii Dei bonitatem, qui à Patre natus & in summâ Majestate existens, nihilominus dignatus est se immittere utero Mariæ, & *concipi hominem*, non verò fieri *Angelum*, Joh. 16. v. 28. 1. Cor. 15. v. 45. Hebr. 2. v. 16. unde in symbolo Nicæno dicitur: *Qui propter nos homines & nostram salutem descendit*

(20)

scendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu S., natus ex Maria Virgine, & homo factus est.

III. In consolationem nostri summam; Ex Deut. 33. v. 4. c. 4. v. 7. Prov. 8. v. 31. Inde mos veterum piorum fuit, ut se inclinarent ad verba illa: *Descendit de caelo, & homo factus est.*

CHRISTO JESU SALVATORI NOSTRO SIT
HONOR ET GLORIA IN ÆTERNUM
AMEN.

COROLLARIA.

I.

Solâ fide tanquam causa instrumentali & apprehendente Christi meritum coram Deo nos justificari orthodoxè dicitur.

II.

Peccatum Originale omnibus & singulis hominibus à primo nativitatis ortu inesse, adeoque non tantum per Imitationem illud sponte quemlibet sibi attrahere contra Photinianos aliosque hæreticos ex sacrâ Scriptura deducunt orthodoxi.

III.

Nullæ homini ad conversionem sui post lapsum vires insunt liberi arbitrii in spiritualibus.



Vam nunc materiam scitè scrutatis, Amice,
Res perquam omnino est ardua, crede mihi.
Maçte bonis studiis! Solerti perface curâ
Cœptum, pro merito sic Tibi fuget honos.

*Veteris amicitia ergo festinans
scribebat*

M. JOH. NICOLAUS ROSLER.

Dum pede progredieris constanti, ductaq; cœpti
HOCHEIMERE coli pollice pensa teris.
Tum tibi gratanti complaudo voce, serorq;
Latitia, toto pectore carmen hians.
Perge; nec incipias per amœna vireta, lacusq;
Pieridumq; sacros destituisse choros.
Inq; avibus doctam faustis conscende cathedram
Audendum: Audentes forsq; Deusq; juvat.

DN. RESP.

Hisce perexiguis gratulatur

PHILIPPUS JACOBUS HERTIUS,
SS. Theol. Stud.

Gleich wie der KettenRing mit allen den Gelencken
Ganz unzertrennlich sich starck ineinander schrencken/
Gleich wie das lohe Feuer nicht ohne Rauch kan seyn/
Das grosse Himmels-Liecht nicht sonder Strahl und Schein/
So bleibet Ehr und Lob auch nimmer abgetrennet/
Wo man mit ernstem Fleiß zur Tugend sich bekennet/
In finster braunen Nacht belobte Künste übr/
Und unverdrosnes Fleiß der stummen Lehre liebt;


Eh


Eh als des Phoebus Glantz am blauen Himmel pranget/
Und noch der Perlen-Tau an Baum und Blätter hanger/
Wann mit der schwarzen Nacht ihr treffen jez verricht
Die Morgenröth / und bringt beliebtes Tageslicht/
Wann andre irrig gehn verfehln Parnassus Strassen/
Unedles trages Sinns der Tugend Bahn verlassen/
Bleibt dennoch unberückt auf der betretenen Bahn
Solch überirdisch Geist / begehret Wolcken an /
Er bringet eilends durch / biß daß er dort erstigen
Den Gipffel höchsten Ruhms / sein Muth wil nicht erstigen
Biß nach erlangten Ehr / der sauren Arbeit Lohn/
Der Tugend einig Zweck / der Tugendhafften Cron;
Seht eben dieses seht wirts endlich Euch auch bringen
Geehrter Herr! da Ihr so Erden ab auffschwingen
Euch höchstens untersteht / den Tugendhafften Sinn/
Auf vorgestecktes Ziel / da Ihr verlanger hin/
Ihr geht ab von der Welt / und sucht nicht Euer Ehre
In dem das Weltlich ist / in reiner Gottes Lehre
Habt Ihr nur euren Lust / und sucht Ergötslichkeit/
In dem das von der Welt führt ab zur Ewigkeit/
Drumb müssen ehe auch der Ketten Ring zustücken/
Eh müßt man nimmer Rauch bey grossen Feuer erblicken/
Die Strahlenreiche Sonn blieb ehe sonder Schein/
Eh dieses euer Thun sol unbehret seyn.


Mit diesem hat seinen werthen Freund und Lands-
mann in Eil beehren wollen.

JOH. PHILIPPUS SEIPPIUS.









quodam aut dignitate laborum, sed ex libero Dei gratia dependentes, quippe qui sua dona in san- coronare solet teste B. Huttero. Quemadmo- n caelum pellucidum fulgorem suum accipit a iuscumque magnitudinis, omnes vero stellae ab emque sole aliae maiorem aliae minorem: *ἕτα* *ρασις τῶν νεφῶν* ex Cor. XV, 42. Omnes et sin- docentes tum docti modo maiorem modo mi- bituri corporum gloriam.

§. XV.

in re vero *actu* consistat ista beatorum gloria , praemii loco expectanda, id indicandum est, in nostra quidem potestate erit positum. Ver- NERALI *יְהוָה* splendebunt, exprimitur atorum gloria, quae tamen SPECIALI com- singulatim effertur. Ex quo efficitur, vnam eam- beatificam fruitionem beatis omnibus et singulis dendam, quae dicitur praemium essentiale; acci- ero praemium non ita, quod est splendor et in- um et informantium ad iustitiam cum respectu um animae gradu differens. Qui enim in hac ini nostri Saluatoris honorem vndique promo- uerint, omnemque mouerint lapidem, quo ma- ia Christi aedificetur atque augeatur: in primis doctrinam Euangelii puriorem longe lateque re omnibus modis iisque licitis conati, diffemi- ctrinam contra aduersarios strenue defenderint, m propterea perpeffi; hi, inquam, maiorem oriam, honorem, claritatem et pulchritudinem uri, quam quidem isti, qui nihil penitus pro- ngelium eiusque veritatem peregerunt neque sustinuerunt, habebunt. Sic alia erit claritas rum, Prophetarum, Apostolorum, alia marty- rum,

